TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO JOPPI

Manoscritto n. **J_MSS_0366**

I manoscritti che compongono compongono il fondo, assieme alle migliaia di testi a stampa - compresi rari incunaboli e cinquecentine - il Fondo Joppi, sono quasi esclusivamente di interesse friulano. La raccolta si è formata nell'arco di una sessantina di anni grazie alle ricerche di Vincenzo ed Antonio Joppi.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine - Inventario dei manoscritti del Fondo Joppi
https://www.techeudine.it/fondo-joppi
https://www.sbhu.it/

366

Guarnerio di Artegna

Documenti

Nic. Pittiani Notajo in S. Daniele

1466, ind. XIV, die vero martis VII M. octobrij. Actum in S. Daniele in domo habitationis infrascripti testatoris in camera cubiculari ubi jacebat, presentibus Venerabilibus viris Presb. Petro q. Magistri Danielis de S. Daniele Vicario in Eccl. S. Michaelis de S. Daniele, Presb. Petro q. Ser Georgij de Seravallo Vicario in dicta Eccl. S. Michaelis, Presb. Jacobo filio Mag. Julfianti de S. Daniele Capellano Altaris S. Bartholomei in dicta Eccl. S. Michaelis, providis et discretis viris Ser Valentino Apothecario q. M. Petri, M. Juliano q. Jacobi Gregorij, M. Antonio Cerdone q. Nicolai Denelatti, M. Petro Lucardi q. Calussij hiis omnibus de S. Daniele et Mag. Nicolao Rectore Scolarum in Glemona testibus ad haec habitis et ab ore proprio infrascripti testatoris vocatis specialiter et rogatis.

in margine: Publicatum est. 1466. 7. ottobre. Test. di Pre Guarnerio d'Artegrasso Pievano di S. Daniele.

Venerandus Pater D. Guarnerius q.m Ser Petri de Arthenea Plebanus S. Danielis et Canonicus Utinensis per gratiam Jesu Christi sanus mente sensu et intellectu licet corpore languens timens tamen dubios mortis eventus nolens intestatus decedere, habensque ut asseruit licentiam auctoritatem et facultatem testandi a Sede Apostolica, ut dixit constare bulla apostolica quam in domo sua dixit habere, suorum rerum et bonorum omnium dispositionem per presens nuncupativum testamentum sine scriptis in hunc modum facere procuravit.

Primo quidem animam suam omnipotenti Deo devotissime commendans sui corporis sepulturam sibi elegit esse voluit in ecclesia S. Michaelis de S. Daniele ante majus Altare in uno monumento

murato et cohoperto uno lapide honesto et condecenti quod voluit ibidem fieri per suos infrascriptos heredes.
Item legavit fabricae cathedralis Ecclesiae B. Mariae Aquilegensis ducatos centum semel tantum dandos et sol=vendos per suos infrascriptos heredes.
Item legavit Capitulo Utinensi unam annuam respon=sionem livellariam unius Marchae solidorum per suos infrascriptos heredes emendam supra aliquo bono tuto et sufficienti et ipsi Capitulo dandam et consignan=dam, cum hoc quod idem Capitulum teneatur et de=beat singulis annis, facere anniversarium ipsius testatoris.
Item legavit fabricae Eccl. S. Michaelis de S. Daniele unam annuam responsionem livellariam unius marchae solidorum per suos infrascriptos heredes emendam supra aliquo bono tuto et sufficienti et ipsi Ecclesiae dandam et consignan=dam, cum hoc quod ipsa Ecclesia teneatur et debeat singulis annis facere fieri anniversarium ipsius testatoris cum septem missis, dando pro qualibet missa solidos octo.
Item legavit dictae fabricae prefatae Ecclesiae S. Michaelis de S. Daniele omnes et singulos libros quos idem testator habet in quacumque facultate et cujuscumque status, conditio=nis et valoris existant, volens et mandans quod dicta Ecclesia teneatur edificari, construi et fabricari facere in aliquo loco tuto, honesto ac condecenti unam bibliothecam seu libra=riam condecentem et in ea ipsos libros omnes reponere

1549. 16 Febbrajo. Pordenone. Pietro Paolo Vergerio

et eos ligatos cathenis ibidem servare et tenere ad usum ipsius Ecclesiae, cum hoc quod ipsi libri vel ipsorum aliquis nemini accomodentur extra dictam librariam, sed si quis supra ipsis libris vel ipsorum aliquo legere vel studere voluerit, et Consilio Comunitatis S. Danielis placuerit, possit supra ipsis libris in ipsa libraria et non alibi legere et studere cum licentia tamen Consilij et Comunitatis S. Danielis predictae, adhibita tamen per ipsum Consilium S. Danielis et Comunitatem bona et tali diligentia et cautela quod nullus dictorum librorum exportetur a dicta libraria nec aliqualiter devastetur vel deterioretur. Hoc tamen excepto quod cum erit necesse legere aliquos ex dictis libris in officijs celebrandis in dicta Ecclesia S. S. Michaelis possit accipi ex dicta libraria illi qui erunt necessarij et in ipsa Ecclesia ex ipsam librariam legi adhibita quoque bona et tali diligentia et cautela quod ipsi libri in ipsa libraria reponantur cum in ipsa Ecclesia in officijs ulterius non legantur.

Et similiter si infrascriptus Cyprianus ejus heres volet studere in aliqua facultate et habebit necesse habere aliquos ex dictis libris, quod sibi accomodentur tot ex dictis libris quot erunt necessarij, praestita tamen prius per eum in manibus Consilij et Comunitatis S. Danielis praefati ydonea et sufficienti cautione de restituendo ipsos libros non deterioratos cum studium suum finierit et non aliter.

Et exceptis suo magno Breviario quod legavit infrascripto Cypriano ejus heredi et suo parvo Breviario quod legavit mihi Notario infrascripto et suo Missali quod legavit infrascriptae Capellae ut infra patet. Volens quoque et mandans quod dicta Ecclesia S. Michaelis seu ejus Camerarij teneantur et debeant dare et solvere pro suprascriptis libris infrascriptis Cypriano et Samaritanae ejus heredibus ducatos quadringentos videlicet singulis annis

post mortem dicti testatoris ducatos quinquaginta usque
ad integram solutionem dictorum quadringentorum ducatorum.
Item legavit, jussit, voluit et ordinavit quod sui heredes in
frascripti teneantur et debeant fieri construi et edificari face
re eorum sumptibus et expensis in cimiterio dictae Ecclesiae
S. Michaelis a latere versus logiam Comunis unam Capellam
cum uno altari sub nomine et vocabulo Sancti Hieronimi
honorabilem et condecentem ubi et prout Consilio et Comunitati
S. Danielis videbitur et apparebit.
Cui quidem Capelle legavit legavit suum Missale: volens et
mandans quod sui heredes infrascripti teneantur et debeant emere
tot redditus et eos dare et consignare dictae Ecclesiae S. Michaelis
quod ipsa Ecclesia possit comode luminare et luminatam tenere
dictam capellam cum una lampade die noctuque.
Item teneatur ipsi sui heredes emere unam annuam responsionem
livellariam duorum stariorum frumenti supra aliquo bono tuto
et sufficienti et eam dare et consignare Vicarijs seu Vicariatui dictae
Eccl. S. Michaelis, cum hoc quod ipsi Vicarij teneantur singulis sep-
timanis celebrare in ipsa capella pro anima ipsius testatoris saltem
unam missam.
Item teneantur dicti sui heredes emere eorum sumptibus unum pa-
ramentum de sirico honorabile et condecens cum suis fulimentis
et unum calicem argenteum desuper auratum honorabilem et
condecentem et ipsum paramentum et ipsum calicem dicte Capelle
dare et consignare.
Item legavit Fraternitati et hospitali S. Antonij de S. Daniele
ducatos 50 per suos infrascriptos heredes semel tantum dandos
et solvendos ut cum ipsis ducatis emantur redditus pro subve-
niendo pauperibus in ipsum hospitale applicantibus.
Item legavit Fraternitati S. Danielis de S. Daniele unam marcham
soldorum semel tantum dandam et solvendam per suos infrascriptos
heredes.
Item legavit Fraternitati S. Marie de S. Daniele unam marcham
soldorum semel tantum per suos infrascriptos heredes dandam
et solvendam.

1549. 16 Febbrajo. Pordenone. Pietro Paolo Vergerio

Item legavit Capellano dicte Fraternitatis S. Marie de S. Daniele unam responsionem livellariam duorum Stariorum frumenti per suos infrascriptos heredes emendam supra aliquo bono tuto et sufficienti et ipsi Capellano dandam et consignandam et hoc pro legato alias facto per olim Presb. Illarium ipsius capelle Capellanum.

Item legavit Caliotte ejus ancille uxori relicte olim Mag. Nicolai Fabri de Stretta de S. Daniele ultra suum salarium quod habere debet libras soldorum 32 semel tantum dandas et solvendas.

Item legavit Francisco q. Mag. Nicolai Fabri de Stretta de S. Daniele pro premio et mercede sui laboris de eo quod sibi servivit libras sol. 40 sibi semel tantum per suos infrascriptos heredes dandas et consignandas et solvendas.

Item legavit Mag. Andree filio q. Presbiteri Leonardi de Portugruario frumenti Staria tria, siliginis St. 3, vini congia 4 sibi semel tantum per suos infrascriptos heredes danda.

Item legavit Paule filie olim Presb. Leonardi de Portugruario et uxoris Victoris cerdonis libras sol. 40, computatis in ipsis lib. 146 ducatis tribus, quos ipse testator ipsi Paule mutuavit pro redimenda una sua veste.

Item legavit mihi Nicolao de Pithianis notario infrascripto suum breviarium et Duc. 40 mihi semel tantum per suos infrascriptos heredes dandos et solvendos.

In omnibus autem aliis suis bonis mobilibus et stabilibus, juribus et actionibus, debitis et creditis presentibus et futuris sibi universales heredes instituit et esse voluit Cyprianum filium Magistri Nicolai q.m Presbiteri Jacobi de Spegnimbergo Rectoris scolarum Glemone et Samaritanam filiam olim ser Johannis de Baldana de Utino equis portionibus volens et mandans quod si unus ipsorum heredum

non erit heres alteri decederet in pupillari etate
alter superveniens sit heres: si vero ambo ipsi ejus
heredes decederent in pupillari etate, tunc et eo casu
prefatus Mag. Nicolaus Rector Scolarum Glemone pater
dicti Cypriani succedat in ducatis ducatis et Fabrica
dicte Eccl. S. Michaelis de S. Daniele succedat in reliquis
omnibus aliis suis bonis et hereditate.
Et hanc voluit et esse velle asseruit suam ultimam voluntatem et suum ultimum testamentum, quam et quod
valere voluit jure testamenti etc. etc. —

Ex protocollis Nicolai Pithiani Notarj de S. Daniele copiavit Vincentius Joppi. Fine

~~[illegible] Guarnerio d'Artegna [illegible] Gutenziergo [illegible]~~

1549. 10 Febbrajo. Pordenone. Pietro Paolo Vergerio

1460. ind. VIII. die XVI. Octobris actum in S. Daniele in domo habitationis infrascripti Rev. D. Guarnerij Plebani S. Danielis, presentibus S. Jacobo Not. fil. S. Gabrielis de Pithianis, M.o Petro Sartore etc.

Ex actis Nicolai Pithiani Notarij de S. Daniele

Guarnerio Piev. di S. Daniele restituisce libri avuti in prestanza dai Signori di Zoppola

Cum Nob. Viri S. Odoricus, S. Simon et S. Nicolaus fratres et filij q. Nob. viri S. Franceschini de Zopola tenerentur et obligati essent dare, solvere et restituere Rev. viro D. Guarnerio q. Nob. viri S. Petri de Arthenea Plebano S. Danielis Ducatos boni auri et justi ponderi 92 nomine et occasione puri mutui et veri capitalis in se a prefato D. Guarnerio habiti et recepti. Cumque prefatus Rev. D. Guarnerius teneretur reddere et restituere prefatis Ser Odorico etc. libros infrascriptos Juridicos per dictos fratres accomodatos, videlicet: Decretum, Decretales, Sextum, Clementinas, Petrum de Ancharano, Novellam Johannis Andree supra Sexto et Mercuriales, Gotfredum super Decretalibus, Innocentium, Librum Rethoricorum, Tragedias Senece, Lucanum, Vegetium de Re Militari et Salustium ut idem prefati D. Guarnerius ex una et Ser Simon et Ser Nicolaus fratres suis nominibus ac tanquam tutores dati et decreto Judicis confirmati ... pupillis filijs et heredibus prefati olim Ser Odorici eorum fratris parte ex alia dicebant et confitebant ac asserebant constare certo Instrumento scripto manu S. Jacobi Notarij de Pithianis de S. Daniele et certis scriptis ac chyrographis scriptis manu dicti D. Guarnerij ac manu prefati olim S. Odorici et prefati S. Simonis seu dicti S. Nicolai sub suis millesimo et indictione.

Nunc vero prefati Ser Simon et Ser Nicolaus fratres suis proprijs nominibus et curatorio nomine suprascripto pro se et eorum heredibus promiserunt prefato Rev. D. Guarnerio stipulanti pro se suisque heredibus aut cui jus suum dare voluerit dare, solvere, reddere et

satisffacere eidem dictos 92 ducatos denariorum tamen Duc. septem librarum solidorum quatuor et solidos octo quos et quas idem D. Guarnerius ibidem confessus fuit habuisse et recepisse hoc anno preterito nomine a suprascripto S. Simone promittentes, se obligantes solvere dictos ducatos in terminis infrascriptis videlicet libras solidorum 100 in festo Epiphanie [illegible] libras solidorum 100 in festo Resurrectionis Domini [illegible] futuro et de [illegible] singulis annis tunc proximis futuris in festo Resurrectionis Domini libras solid. 100 usque ad integram solutionem, [illegible] dicti [illegible] renunciantes dicti fratres exceptioni dicti non [illegible] etc. etc.

et obligaverunt omnia bona mobilia et stabilia presentia et futura ... vel unum eorum Mansum situm in villa de Mavriniis rectum per ... de Mavriniis pro quo solvit singulis annis de affictu frumenti staria tria, avene staria tria, vini urnam unam, omnia ad mensuram Spegrimbergi, galinas duas [illegible]; unum alium Mansum in [illegible], ... adeglacheo, tres mansos in Sclavonia cum omnibus eorum juribus et pertinentiis etc. etc.

interea prefati S. Simon et Ser Nicolaus dictis nominibus contenti et confessi fuerunt suprascripto D. Guarnerio se habuisse et integre recepisse unum dictis [illegible] et coram me Notario infrascripto realiter et effectualiter habuerunt et receperunt omnes et singulos libros suprascriptos alias ipsi Guarnerio accomodatos etc. .. et fecerunt eidem D. Guarnerio perpetuam finem remissionem et liberationem etc. etc.

Ex protocollis Nicolai Pithiani de S. Daniele copiavit Vincentius Joppi.

1466. 3 Giugno. San Daniele. Inventario dei beni lasciati dal fu Guarnerio d'Artegna pievano di San Daniele.

In nomine patris et filii et Spiritus sancti amen. Hoc est Inventarium bonorum et rerum hereditatis quondam Venerabilis D. Guarnerii de Arthinea plebani S. Danielis factum per me Leonardum Pithiani de S. Daniele publicum imperiali auctoritate Notarium et Curie patriarchalis Aquilegensis Cancellarium ex commissione michi specialiter facta per Rev.mum in Christo patrem et D.D. A. Feleto Dei et Apostolice Sedis gratia Episcopum Concordiensem, in diocesi et patriarchatu Aquilegensi commissione et mandato SS. domini domini nostri Pape Pauli II vicarium et locumtenentem in spiritualibus et temporalibus generalem, sub A.D. MCCCCLXVI. ind. XV. die vero tertia mensis Junii, presentibus ser Valentino apothecario et m.o Matheo dicto Miciglot deputatis Comunitatis S. Danielis, ac m.ro Leonardo Sapienti Camerario Ecclesie S. Danielis testibus, nec non m.o Nicolao Rectore Scholarum Glemone tutore Cypriani sui filii ac m.o Jangilo sellario de Utino tutore Samaritane filie olim domine Pasche filie quondam suprascripti D. Guarnerii plebani S. Danielis. Quibus quidem tutoribus Ego notarius infrascriptus ex commissione michi facta detuli debitum iuramentum quod sine fraude et diminutione debeant describi facere omnia bona tam mobilia quam stabilia dicte hereditatis: qui ibidem presentialiter ~~[illegible]~~ tactis iuraverunt designare et describi facere in Inventario huiusmodi omnia bona tam mobilia quam stabilia predicte hereditatis.

Et primo una domus solerata tribus soliis sita in S. Daniele in Ruga Bisonis iuxta domum unam Ecclesie S. Antonii et iuxta unam domum Minutti ex una parte et iuxta vias publicas ab aliis lateribus.

Item in salla superiori primi soli una capsa vestimentorum in qua erant infrascripte vestes:
una vestis suffulta pellibus pro dimidia cuniculinis, pro dimidia pellis martorinis ex panno de Londra;
item una alia vestis panni nigri suffulta pellibus albis ex galis gliritinis cum caputio nigro;
item una vestis de sargia nigra suffulta tela nigra;
item unus clamis panni de grana cum caputio de morello de grana;
item unus alius clamis de sargia alexandrina cum caputio;
item unus alius clamis de panno blavo cum caputio blavo;
item una mantilina - - - - - - - de sargia;
item una vestis de - - - - - - - cum vulpinis,
item unus caputius - - - - - - - - et una diplois de morello;
item una d - - - - .
Item una alia capsa:
unus chaffirus . . .
unum superpellicium . . .
item linteaminum de chanapa paria tria;
item una alia capsa in qua erant infrascripte res videlicet unum calamare de cypresso;
item una scatula cum una bursa de filo et cum duobus paribus cocu=larium, quorum unum par habebat capsam de argento;
item una scatula in qua erant duo fazoletti de tela et uno fazoleto de sericho laborato seta rubea et cum dimidio velo de bombice;
item una zentura de corio nigro cum flibba et pizale de argento;
item una capsa parva in qua erant cum sachetto grossorum 35;
item coclearia novem cum capitibus de argento;

item unum par cyrothecarum de corio;
item quatuor tazie de argento; item coclearia de argento quatuor;
item tres pironi de argento fracti;
item circha quatuor unzie de argento fracto;
item unus textus rubeus cum passettis de argento XIV et cum fibula et capitali de argento;
item unum alium par cyrothecarum de corio;
item tria nastitergia nova et quatuor antiqua;
item unum capitergium de bombice novum;
item duo Agnus Dei cum cappis argenteis;
Item una alia cappsa in qua erant res infrascripte, videlicet:
manutergia XXX; tobalee XVIII; mantilia XII; mantilia ab ozellis tria; zechie ad cussinos decem.
Item una alia cappsa in qua erant res infrascripte, videlicet:
filati libre XLI; cente petie de tela que ponderant ad stateram libras XLIII;
item in uno bancho charte de pergameno CCLXXIV; item decem quinterni lineati de p...;
item quatuor tapeti et . . . . . . aliquantulum frusti;
item unum armarium . . . . et cyatis de vitro;
item una mensa de c. . . .
item una alia mensa . . . .
item unum scamprum . . . . .

Da copia antica nel Vol. X MS. Fontaniniana a pag. 295.
Bibl. Civica di S. Daniele.

suoi principali Luigi, Aurelio e Giacomo q. Nicolò Vergerio..

Dai Protocolli di Domenichino Francesco notajo di Pordenone a pag. 34 tergo e seg. – Archivio notarile di Udine..

In Christi nomine Amen. Anno ab eiusdem nativitate 1544 indictione septima, die vero Sabbati XVI mensis februarii in Portunaone in domo nobilis D. Aloysii Mantega civis Portusnaonis, presentibus Excellent. Doctore D. Hieronimo Rorario cive Portusnaonis, D. Joanne Coffaro cancellario Clar.^mi D. Provisoris et Capitanij Portusnaonis Ser Joanne Ausa

Arch. Stor. Ital. Vol. XVI. Disp. V. 1885. pag. 163

1550 –

Avvertimenti e ammonizioni del Vescovo Vergerio al nipote Aurelio prima che questi si recasse in Italia. (Memoriale dell' anno 1554).

L'ordina di spargere libri evangelici ai frati di Udine, Pordenone Udine e Trieste...

Dandoti etiam di consigli con i suoi barbani Nicolò et altri fratelli in Udene.

In Udene vedi de parlar con madonna Helena, che me ha ver[illegible] una sua et domanda la sua risolutione;

Parla con i fratelli d'Udene et altri, che si ritrova qualche uno, il qual voglia tor e dar via quei tre botesini de libri che sono in Bolzan, promettendo di donargli un terzo di tutto quel che ne caverà et anche la metà secondo che sarà povero et pio.

Se alcun gentilhuomo (parlo del Friul) vol mandar i figli ad imparar la lingua, o studiar a Tubinga, io mi offero tenerli in casa mia senza guadagno.

—

Il vescovo Vergerio aveva una sorella Anna.

...Malasio
...onisio Cesana
...ini Iustine
adhibitis
...Notario
...etrus Paulus
...tus semper
...Aloisium, An...
...otis eiusdem
...tto D. Nicolao
...r et tenet
...mediantibus
studiis ad
viribus suis
...alias expensas
...iens ostendere
...tos pronepotes
...quitatem

Dai Protocolli di Domenichino Francesco notajo di Pordenone a pag. 34 tergo e seg. — Archivio notarile di Udine.

In Christi nomine Amen. Anno ab eiusdem nativitate 1544 indictione septima, die vero sabbati XVI mensis februarii in Portunaone in domo nobilis D. Aloysii Mantega civis Portusnaonis, praesentibus Excellent. Doctore D. Hieronimo Rorario cive Portusnaonis, D. Joanne Coffaro cancellario Clar.mi D. Provisoris et Capitanij Portusnaonis, Ser Joanne Augustino Molesio Cancellario Sp. Comunitatis Terrae Portusnaonis, Ser Francisco Cesana incola dicti loci et Ser Almerico filio D. Nicolai Sabini Justinopolitano familiari Rev.mi D. Episcopi, testibus notis adhibitis et specialiter rogatis.

Ibique constitutus coram predictis testibus et me Notario infrascripto Magnificus et Reverendissimus D. Petrus Paulus Vergerius Justinopolitanus Episcopus qui consecutus semper fuit et prosequitur amore et dilectione paterna Aloisium, Aurelium et Jacobum fratres filii q. D. Nicolai Vergerii nepotis eiusdem Rev.mi D. Episcopi ex fratre q. D. Aloysio, natos ex ipsis D. Nicolao et D. Anna Mantega iugalibus et apud se tenuit et tenet ad presens Patavii causa studendi et ipsos conducendi mediantibus bonarum litterarum et sanctissimorum morum studiis ad virtutum perfectionem quantum ei licuerit pro viribus suis suppeditando victum et vestitum et quascumque alias expensas et onera subeundo pro ipsis pronepotibus suis. Cupiens ostendere sinceram dilectionem et perfectum amorem erga predictos pronepotes habens aliundem modum substentandi statum et dignitatem

nam omnibus meliori modo, via, iure et forma quibus melius
sivit et efficatius potuit et potest, non vi, metu vel dolo
aliquo nec aliquo errore iuris vel facti ductus sed animo sponta
neo et deliberato et ex certa animi scientia et proprio
motu intervenientibus solemnitatibus tam iuris quam facti in
similibus opportunis, de iure vel consuetudine, pure, libere et sim
pliciter iure et titulo donationis irrevocabilis inter vivos, quae am
plius ex causa ingratitudinis parvae vel maximae vel alia quacum
que causa revocari non possit, iure proprio in perpetuum dedit
cessit, donavit et tradidit presentibus Aloysio, Aurelio et Jacobo
fratribus pronepotibus ipsius Rev.[mi] D. Episcopi donatoris, me
Francisco Domenichino notario Portusnaonis tamquam publica
persona pro ipsis donatariis stipulante et recipiente omnia
et singula predicta Rev.[mi] D. donatoris bona mobilia et immobi
lia alodialia et ut clarius dicatur bona paterna, materna, colla
teralia et quovismodo adventitia et feudalia cuiuscumque generis
ubique existentia nec non omnia credita, affictus seu livella,
iura et actiones, rationes reales et personales, utiles, directas et
mixtas, tacitas et expressas et in rem scriptas eidem Rev.[mo] Epi
scopo competentia et quae sibi competere possent tam in presens
quam in futurum quomodocumque et qualitercumque et
quavis causa, iure et titulo et pro eis et eorum occasione adversus
quamcumque personam et quamlibet rationem et tam in rem quam
in personam quovismodo cessit, dedit et mandavit, adeo ut de cetero
ipsi Aloysius, Aurelius et Jacobus equis portionibus sint et succedant
in locum et omne ius suum et eius vices in omnibus obtineant.

Quibus donatariis et eorum cuilibet me Notario presente et eorum quolibet presente et recipiente mandavit ut de predictis omnibus donatis sua auctoritate tenutam capiant et corporalem possessionem, constituendo se interim pro eis et eorum nomine predicta omnia superius donata possidere vel quasi; quibus Rev.mus D. Episcopus donator promisit de predictis donatis vel eorum aliquo nunquam ipsis donatariis suisque heredibus litem inferre vel inferenti consentire. Immo suprascripta omnia et singula donata ab omni homine, Comuni, Collegio et Universitate in iure legitime manutenere, tueri et expedire et predictam donationem et omnia et singula suprascripta in presenti instrumento contenta promisit et solemniter convenit mihi Notario predicto nominibus quibus supra stipulanti et recipienti semper rata, grata et firma habere, tenere, attendere et observare, in nulloque contravenire per se vel alios, aliqua ratione vel causa de iure vel de facto, sub obligatione omnium bonorum suorum generis cuiuscumque tam presentium quam futurorum, renuntiando quibuscumque legibus et iuribus tam civilibus quam canonicis et municipalibus quibus posset contra premissa venire et se tueri. = —

D'altro carattere in margine: Nota quod hodierna die fuit insinuata donatio infrascripta et interpositum decretum per Iuditium primarium Potestarie Portusnaonis ut constat manu Ser Iohannis Augustini Melessii notarii Portusnaonis et Cancellarii Spect. Communitatis dicti loci —

1470. 4 Gen. S. Daniele. Convenzione tra la Comunità di San Daniele, come giuspatrona della Chiesa di San Michele, da una parte e Samaritana figlia della fu Pasqua

... M° Nicolò profess.

... de del fu Guarnerio,

... ldo dei Cavarzie

... e la chiesa stessa

... de' libri, per il

... ad Andrea Vescovo

... che in detta questione

... acciò li approva

... ede e Consiglio di

... patti sono di riversi

... differenze e la Com.

... e gli altri Capit.

... 24 e la Com.

... Vic. Bart. de Pavi

1470. 4 Gen. S. Daniele. Convenzione tra la Comunità di San Daniele [come governatrice della Chiesa di San Michele] da una parte e Samaritana figlia della fu Pasqua figlia del q.m Ven.do Guarnerio di Artegna e di M.o Nicolò professore di Grammatica in Gemona, come erede del d.o Guarnerio, rappresentata da M.o Jacopo(?) Sellajo di Udine suo Cameraro(?) e dal D.r Antonio Tollazzo(?), colla quale la Chiesa stessa ~~e~~sborsa quattrocento ~~[illegible]~~ ducati per il legato de' libri, per il quale era tra le dette parti lite innanzi ad Andrea Vescovo Feltrino(?), Governatore e Vicario patriarcale, che in detta questione si interpose come mediatore, e fu [illegible] detto accordo [illegible] approvato dal Luogotenente della Patria, Capitanio di Udine e Consiglio di S. Daniele e Cameraro della d.a Chiesa. I patti sono di stimare i legati fatti dal d.o Guarnerio e ~~[illegible]~~ [la Chiesa supplirà] le differenze e la Comunità debba fabbricare la Capella ed adempire gli altri legati. La fabbrica della Capella fu computata in Duc. 24 e la Comunità pagò(?) alla d.a Erede Ducati 53.

1470. 26. Feb. Udine. Sottoscritto(?) del Capitano di Udine Bart. de Pra[illegible] Dorotea(?) di Pagano(?) —

Antonio di D.r Bettonotti(?) —

MSS. Fontanini Bibl. Com. S. Daniele

Presbiter Guarnerius de Artenea

Pasthea
uxor Johannis de Olardo

Samaritana

1434 uxor ser Johannis q. Petri Tamburlini de Utino

1465 Nicolaus Rector scholarum Glemone filius Presbiteri
Henrici de Spilimbergo et Catte Cyprioni

1395. Mº Nicolò d Ravaro Rettore delle Scuole in S. Daniele
Pag. [illegible]